

129

ht terrarum moribus dequibus dicit dr quia in saturitate
sit urbibus liberatus salutem in magis periclitantem in exiguo obtinet
propter quod et ipse ciuitas quae prius balach uocabatur segor appel
lata est id est saluatrix. Ex hoc autem munere dei quo parue ciuita
tis habitaculum meruerat ad no assumens audaciam ascendit
in montem, tales quidem et nos efficiamur ut primum effugiamus
copiosas et circumfluentes huius mundi delicias quae similes sunt
sodomitarum corruptis exubertate ht panum luxoriabant, coarte
mur autem multa in modico ut non incendamur ex multis epulis
et commessationibus et distentionem uentris subsequentibus in
temperantis sicut incensae sunt sodoma et gomurra et confines ea
rum, postea uero moderatus victus nostri frugalitate nutriente ani
mam procedentem in medius refrenandi corporis consuetudinem
ascendamus ad perfectam abstinentiam castitatis sicut in ipsum mon
tem salutis et uertice uirtutis confugientes a saeculi huius incen
dis, et haue ergo delitias sodomitarum pro sodomitica patiaris
incendia, fuge fornicationem discede ab omni luxoria respue
gulam abdica ebrietatem et omne signum sodomiticorum fomi
tem intem et ipse uictor extingue, si enim inquit accendere ignem
in flamauerit et ipse ebrietatis auctor exitu, cum tu uoluntarius
libidinibus excitata uitiorum flamma consumpserit, prohibamus
similem infidelibus uitam sed a quibus fidem discernimur ab eorum stu
dis et iam et moribus diuidamur, Declarat fidem tuam cotidiana
actio tua confirmet tuam ad xpm caritatem et uidens a carnalib;
concupiscentiis discessio tua pro quiete contra disciplinam et decus nomi
nis xpiani indiuitus ambulantem uidens dicat, Iste est ille qui celestis
uitae sectator: qui denique sui ipsius pudicitiae magistri discipulus
habebatur, Iste est ille electus amando qui cum celestibus angelis
conparabatur, qui se in aduentum celestis regis preparabat sequen
eius latere commissus adhesurum preuidebat, Iste hic ergo post laudem

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0263